repudiaſſet eam ꝛ tradiderūt eam alteri Judicū.xv. Uidētes diſcipuli dominū ambulare ſuper mare. putauerunt eum eſſe fantaſma. Mathei xiiij. Diſcipuli timebāt paulo adherere ſuſpicantes eum non fore ꝯuerſum Actuū.ix.

Suſpicioſi omnia bona ꝯuertunt in malum. Naz heli videns annam orantem. alias flentem ꝛ verbum non ꝓferentem exiſtimabat eā ebriam eſſe. primi Regum prio Miſit dd nuncios ad ꝯſolandū regē amon ſuꝑ morte patris. Principes autem eius ſuſpicati ſunt ꝙ cauſa explorādi veniſſent.ij. Regum.xij Cum iheremias iret ad terrā beniamin cuſtos porte ei impoſuit ꝙ ad chaldeos iret. Iheremie.xxxvij. Tortores qui eleazarum torquebāt arbitrati ſūt ut verba eius ex ſuperbia ꝓlata.ij. Machabeo. vj. Phariſeus qui inuitauerat chriſtum videns mulierē flentem ſuſpicatus eſt ꝛ murmurauit Lu.vij. Alius phariſeus videns publicanū orātem ſuſpicatus ē de eo malū Luce.xviij. De apoſtolis varijs linguis loquentibꝰ dicebant iudei ꝙ erant ebrij. Actu.ij. Barbari videntes viperam pendentē ad manū pauli ꝛ non aliqd malum habentem crediderunt eum eſſe homicidā ꝛ magum Act.xxviij

De temptatōe hoīs a deo

Temptat deus hoīes.ſi
- Inuolūtaribꝰ ſunt ſequētes ei credendo.
- In ꝓſperitatibus ſūt ſe corrigentes bene viuendo.
- In aduerſitatibus ſunt pacientes nō cōquerendo

Temptat deus aliqñ dō homines vt ꝓbet ſi ſunt obediētes ei. vel ſi ſibi credant. Sic temptauit deus abraham ꝛ dixit. Tolle filium quē diligis yſaac ꝛ offer illum. Geneſ.xxij.

Dixit dominus ad philippū
vñ ememus panes vt man
ducēt hi. hoc autem dicebat
temptans eum. ipſe eñi ſcie/
bat quid eſſet facturus. Jo
hannis. vi. Tēptat deus
homines in pſperitatibꝰ tē/
poralibꝰ ⁊ ſpūalibus vtrum
ſcꝫ bonum faciant Sic tēp/
tauit populum in deſerto di
cēs. ego pluam vobis panē
de celo colligat qlibet quātū
ſufficere poſſit vt temptē po
pulū vtrum ambulet in vijs
meis vel in lege mea. Exo.
xvi. Loquente domino moy
ſi cūctus populus audiebat
voces. videbāt lampades ar
dentes ⁊ montem fumigātē
⁊ dixit moyſes. vt probaret
vos venit deus ⁊ ne peccare
tis. Exodi. xx. Temptat
deus homines ſeu pbat tri/
bulationibus vtrum habeāt
virtutem patientie. vnd nō
deleuit dominus penitus gē
tes de terra pmiſſionis vt p
ipſas probaret iſrahel ſi cu/
ſtodirent eius mandata. Ju
dicum ſecundo. Nō deleuit
dominus chananeum ⁊ ſido
nium atqꝫ quinqꝫ ſatrapas
philiſtinorum vt diſcerēt fi/
lij certare cum hoſtibus ⁊ ha
berent cōſuetudinem prelian
di. Judicum. iij. Dereliquit
dominus ezechiam vt temp
taret ⁊ non fierent ōnia que
erant in corde eius quando
venerunt nuncij regis babi/
lonis ad eum. ij. para. xxxij.
Poſtqꝫ thobias fuit exceca
tus ſuſtinuit hanc temptati
onem. ⁊ ideo permiſit deus
illi euenire vt poſteris exem/
plum patientie daret. Tho/
bie. ij. Judith dixit tempore
obſidiōis holofernis memo
res eſſe debemus quoniam
temptati ſunt patres vt pro
barent ſi vere colerent deum
Judith viij. Job p multas
tribulatōnes dicebat. proba
uit me dominus quaſi aurū
quod per ignem tranſit Job
xxiij. Probauit iheſus petꝝ
ambulantem ſuper mare per
ventum ſcilꝫ tribulationum.
Mathe. xiiij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf